Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Domini Morhardi, Domini Henrici de Sumersperg, Domini Ruperti indunsougi, Domini Henrici de Chouedaun, Domini Werenhardi de Winecho, Domini Burchardi de Tysens -- Ibique Dominus Conradus, et Dominus Henricus atque Dominus Bertoldus fratres, filii quondam Domini Hilteprandi de Leuneburch, una cum manu Domini Alberti Comitis de Tyrol: Inuestiuerunt ad proprium Dominum Prantochum ejus (Hilteprandi puto) fratrem de Castro illo de Brandicio, iacenti in pertinentia Leunani etc.

49) Apud Burglehnerum t. II, l. 5, c. 10, Philippus Dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus, feuda concedit Ulrico et Friderico Comitibus de Arcu. Testes Conradus Spirensis Episcopus, Herenbertus (lege Eckenbertus) Babenbergensis Episcopus, Comes Hertessus, Otho Dux Meraniæ, Henricus Dapifer de Walpurch, Henricus de Smalecke, Brixianus Judex de Tusculano, et alii quam plures. Datum apud Argentinam, Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Ducentesimo Septimo, Indictione Decima. Idem Auctor ibidem Comitum Arcensium genealogiam sic texit:

Herr Albrecht Graf von Arch, war todt. 1175.

Herr Vlrich von Arch. 1175. — Herr Friderich. 1164.

Odelricus oder Vlrich. 1194. Uxor Amabilia de Gajo. — Graf Friderich der Ander. 1209. Uxor Machtildes.

Friderich III. 1233. — Reiprand 1256. Ux. Cuniza. — Albrecht 1216.

Vlrich Panzera 1272. — Adelperius 1216. U. Beatrix. — Henricus 1260. — Adelbertus Can. Trid. — Fridericus IV. — Cuniza. M. Paris von Lodron.

Adelpertus. — Henricus 1260. — Cobitossa. — Fridericus. U. Floridiana. — Albrecht 1324. — Vlrich 1302. U. Binia. — Albrecht.

Eodem anno Manegoldus Batavensis Pontifex habuit beneficium Ottonem Meroniæ Ducem, a quo emit pro feudis Comitis de Pilstain Ecclesiæ Patavienſi tunc vacante, et pro 1800. Marcis castrum Windeberg, et Comitatum quendam a Regifluminis ponte usque ad Illicensem fluviolum, et a flumine Danubii ad terminum Bohemiæ, confirmante id ipsum Philippo Imp. anno 1207. Ita Hundius Mestr. Salisb. t. I.

50) Godefridus Coloniensis ad an. 1208: nam cum idem Rex in festo S. Albani filiam fratris sui Ottonis de Burgundia nuptam tradidisset Duci Meraniæ, et cum maxima gloria ad deducendam puellam processisset, et reuersus in ciuitatem (Bambergam) meridiano tempore omnibus recedentibus solus in quodam lobio cum Episcopo Spirensi, et aliis duobus, scilicet Camerario et Dapifero suo remansisset; ille nefarius homo (Otto Palatinus Comes de Wittilinsbach) cum ~~sedecim~~ XVI militibus armatis adueniens introitum petit. Brunner Ann. Boic. l. 13: Philippus Fratris sui Othonis Burgundiæ Ducis Filiam Beatricem Othoni Meranensi desponsam in Tirolim proficiscentem aliquousque honoris causa deduxerat, impletoque officio regressus Babenbergam etc.

51) Otto de S. Blasio c. 50: Otto Palatinus de Witilinspach, remordente memoria injuriæ in ablatione filiæ a Philippo rege exhibitæ (desponsatam enim illi filiam prætenta consanguinitatis propinquitate negauerat) tempus opportunum ratus,